quam tibi facis esse devotam benigno respone
miseratus auxilio. Et appropinquans ad finem
celum suspiciens ait: Introibo in domum ~~et~~ tuam,[a]
adorabo ad templum sanctum tuum.[b] Quo dicto ob-
dormivit in Domino, secumque filius Iohan-
nes, Tristanus ceterique ei sanguine iuncti quasi
omnes preter Phylippum. Post hoc rex Karolus
in auxilium Christiani exercitus venit et propter
dictam epydemiam facta compositione cum
rege Tunicii et accepta magna summa pecunie
propter expensas, quas reges ibi fecerant, totum
exercitum duxit in Syciliam, ubi et rex Navarre — f 266 recto vol 2.
mortuus est; et cum venirent ad portum Tri-
politanum, naufragium passe sunt naves et exer-
citus per terram rediit. Promisit quoque rex Tuni-
cii, quod omnes Christiani in regno suo captivi
dimitterentur et quod monasteriis ad honorem
Christi in omnibus civitatibus regni illius con-
stitutis fides Christi per Minores et Predica-
tores libere predicari valeat et etiam per quos-
cumque alios et quod baptizari volentes nec
modo prohiberentur factusque est tributarius
regi Karolo. Nam paratis machinis et aliis
necessariis per terram et per aquam Tunicium
oppugnare disponebat. Eodem anno Alfonsus
frater sancti Lodwyci comes Pictaviensis[c] et
Tholose cum coniuge domina[d] Iohanna filia
quondam Raimundi[e] ultimi comitis Tholosani
moritur et sic totum ius comitatus et dominium

a) t. C.
b) ~~sctm~~ C.: scm, das s u. c oben durch ~~nicht~~ beschädigt C. = sanctum; sec. qz C. desgleichen t. C. = tuum.
c) pictau C.
d) dna C.
e) Rx ndi C.